



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 62. Caput VIII. De Satisfactione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. „in casibus reservatis, id unum poeni-
 A.C. 1551. „tentibus persuadere nitantur, ut ad
 „superiores legitimos iudices pro bene-
 „ficio absolutionis accedant.

§. LXII.

CAPUT VIII.

De Satisfactione.

2. ad Timot. „Demum quoad Satisfactionem, quæ
 cap. 3. „ex omnibus poenitentiae partibus,
 „quemadmodum a Patribus nostris
 „Christiano populo fuit perpetuo tem-
 „pore commendata, ita una maxime
 „nostra ætate, summo pietatis prætex-
 „tu, impugnatur ab iis, qui speciem
 „pietatis habent, virtutem autem ejus
 „abnegarunt; sancta Synodus declarat,
 „falsum omnino esse, & a verbo Dei a-
 „lienum, culpam a Domino nunquam
 „remitti, quin universa etiam poena
 „condonetur: perspicua enim, & illu-
 „stria in Sacris literis exempla reperi-
 „untur, quibus, præter divinam tra-
 „ditionem, hic error quam manifestif-
 „sime revincitur. Sane & divinæ ju-
 „stitiæ ratio exigere videtur, ut aliter
 „ab eo in gratiam recipiantur, qui ante
 „baptismum per ignorantiam deliquere-
 „rint, aliter vero qui semel a peccati,
 „& dæmonis servitute liberati, & ac-
 „cepto Spiritus Sancti dono scienter
 „tem-

„templum Dei violare, & Spiritum Sæcul. XVI.
 „Sanctum contristare non formidave- A. C. 1551.
 „rint. Et divinam clementiam decet,
 „ne ita nobis absque ulla Satisfactione
 „peccata dimittantur, ut occasione ac-
 „cepta, peccata leviora putantes velut
 „injurii, & contumeliosi Spiritui San-
 „cto in graviora labamur, thesauri- I. Cor. c. 3.
 „zantes nobis iram in die iræ: procul v. 17.
 „dubio enim magnopere a peccato re- Ephes. c. 4.
 „vocant, & quasi fræno quodam co- v. 30.
 „ercent hæc satisfactoriæ pœnæ, cau-
 „tioresque & vigilantiores in futurum
 „pœnitentes efficiunt: medentur quo-
 „que peccatorum reliquiis, & vitiosos
 „habitus male vivendo comparatos con-
 „trariis virtutum actionibus tollunt:
 „neque vero securior ulla via in Ec-
 „clesia Dei unquam existimata fuit ad
 „amovendam imminentem a Domino
 „pœnam, quam ut hæc pœnitentiæ
 „opera homines cum vero animi dolo-
 „re frequentent. Accedit ad hæc,
 „quod dum satisfaciendo patimur pro
 „peccatis, Christo Jesu, qui pro pec-
 „catis nostris satisfecit, ex quo om-
 „nis nostra sufficientia est, conformes
 „efficimur; certissimam quoque inde
 „Arrham habentes, quod si compati-
 „mur, & conglorificabimur. Neque
 „vero ita est nostra Satisfactio hæc,
 „quam pro peccatis nostris exsolvimus,
 „ut

Sæcul. XVI. ,,ut non fit per Christum Jesum, nam
 A.C. 1551. ,,qui ex nobis tanquam ex nobis nihil
 Hebr. c. 10. ,,possumus, eo cooperante, qui nos
 v. 28. & 29. ,,confortat, omnia possumus: ita non
 Rom. c. 2. ,,habet homo, unde gloriatur, sed om-
 v. 5. & c. 5. ,,nis gloriatio nostra in Christo est, in
 2. Joann. ,,quo vivimus, in quo meremur, in
 c. 2. 2. Cor. ,,quo satisfacimus, facientes fructus
 Rom. c. 8. ,,dignos poenitentiae, qui ex illo vim
 1. Cor. c. 3. ,,habent, ab illo offeruntur Patri, &
 Phil. c. 4. ,,per illum acceptantur a Patre: debent
 1. Cor. c. 1. ,,ergo Sacerdotes Domini, quantum
 Gal. c. 6. ,,Spiritus, & prudentia suggererit,
 ,,pro qualitate criminum, & poeniten-
 ,,tium facultate salutare, & conve-
 ,,nientes Satisfactiones injungere, ne
 ,,si forte peccatis conniveant, & indul-
 ,,gentius cum poenitentibus agant, le-
 ,,vissima quaedam opera pro gravissimis
 ,,delictis injungendo, alienorum pec-
 ,,catorum participes efficiantur: ha-
 ,,beant autem præ oculis, ut Satisfa-
 ,,ctio, quam imponunt, non sit tan-
 ,,tum ad novæ vitæ custodiam, & in-
 ,,firmitatis medicamentum, sed etiam
 ,,ad præteritorum vindictam, & castiga-
 ,,tionem, nam claves Sacerdotum non
 ,,ad solvendum duntaxat, sed & ad li-
 ,,gandum concessas, etiam antiqui Pa-
 ,,tres, & credunt, & docent, nec
 ,,propterea existimarunt Sacramentum
 ,,poenitentiae esse forum iræ, vel poe-
 ,,narum

narum : sicut nemo unquam catholi- Sæcul. XVI.
 cus sensit, ex hujusmodi nostris Sa- A.C. 1551.
 tisfactionibus vim meriti, & Satis-
 factionis Domini nostri Jesu Christi
 vel obscurari, vel aliqua ex parte im-
 minui: quod dum Novatores intelli-
 gere volunt, ita optimam pœniten-
 tiam novam vitam esse docent, ut
 omnem Satisfactionis vim, & usum
 tollant.

§. LXIII.

CAPUT IX.

De operibus Satisfactionis.

Docet præterea, tantam esse divi-
 næ munificentiae largitatem, ut
 non solum pœnis sponte a nobis pro
 vindicando peccato susceptis, aut Sa-
 cerdotis arbitrio pro mensura delicti
 impositis, sed etiam (quod maximum
 amoris argumentum est) temporali-
 bus flagellis a Deo inflictis, & a nobis
 patienter toleratis, apud Deum Pa-
 trem per Christum Jesum satisfacere
 valeamus.

§. LXIV.

CAPUT X.

De Sacramento extremæ Unctionis.

Cum hæc capita essent absoluta, re-
 citabatur decretum de Sacramen-
 to extremæ unctionis, tribus capitibus
 com-